



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XX. De criminationibus maiorum natu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

causas eorum, quia irritæ erunt, imo & causam in Synodo pro facto dabit.

XV.

Alienis erroribus sociatum, vel a sui propositi tramine recedentem, aut sacris Canonibus inobedientem, suscipere non possumus, nec impetere recte credentes, vel sanctorum patrum sanctionibus obtemperantes, permitimus.

XVI.

Peregrina iudicia generali sanctione prohibemus, quia indignum est, ut ab exteris iudicentur, qui comprouinciales & a se electos debent habere iudices.

XVII.

Salua apostolicæ ecclesiæ auctoritate, nullus episcopus extra suam prouinciam ad iudicium deuocetur: sed ^{* vocato} euocatus ipse canonice, in loco omnibus congruo, tempore synodali, ab omnibus comprouincialibus episcopis audiatur, qui concordem super eum canonicamque proferre debent sententiam; quoniam si hoc minoribus, tam clericis quam laicis concessum est, quanto magis de episcopis seruari conuenit? Nam si ipse metropolitanum aut iudices suspectos habuerit, aut infensos fenserit, apud primates dioceseos, aut apud Romanæ sedis pontifices iudicetur.

XVIII.

Nemini de se confessio credi potest super crimen alienum, quoniam eius atque omnis rei professio periculosa est, & admitti aduersus quemlibet non debet.

XIX.

Incerta nemo vnquam pontificum iudicare præsumat, quia quamuis vera sint, non tamen credenda, nisi quæ manifestis indiciis comprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur.

XX.

Criminationes maiorum natu per alios ne fiant nisi per ipsos qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni & irreprehensibiles apparuerint, & actis publicis docuerint, omni se carere suspicione atque inimicitia, & irreprehensibilem fidem atque conuersationem ducere.

Concil. Tom. 2.

D d d d